This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

203. d.
235

6000240331

Magistri

Thetmari

Iter

ad

Terram Sanctam

anno 1217.

Ex

codice manuscripto

edidit

Titus Tobler,

M.D.

St. Galli et Bernæ.

Apud Huber et soc., bibliop.

1851.

203. d. 235.

১০৭ ৫ ১৯৪

Præfatio editoris.

In lucem profertur iter ad Terram Sanctam e tempore, quo, si excipias *Willebrandum ab Oldenborg* et *Jacobum Vitriacum*, nullus peregrinus aliquid nobis tradidit. Itaque ex animo consalutamus *Thetmarum* nostrum, qui palmam forsitan præripit, peregrinatione sua in regiones longinquiores rariusque visas, scilicet ad Tigridis urbem chalîfis potentem, nec non ad montem Sinai, considerata. De urbe Hierosolymitana, præsertim de ecclesia sepulchri dominici, tamquam de re contrita satisve cognita, parum, at profusius apprimeque scribit de illo monte cum monasteriis

et incolis, ita ut plura nova innotescant: sane consonum adeo ardenti desiderio montis sancti.

Utinam vitam *Thetmari* depingere possem. De iis, quæ de captivis Damasci dicit, ipsum a Germania septentrionali ortum conjicio. Superstitionem passim redarguere, genus scribendi sæpe corrigere potuissem; nonnulla parce intertexere, plurima emendanda relinquere malui. Suo tempore in libris meis pars textus, Deo propitio, elucidabitur, major, uti spero, in aliorum operibus, mimima a me jam explanata.

Codex *Thetmari* in bibliotheca publica Basileensi conservatur; necdum, quantum scio, editus; nonnisi aliquot fragmenta a nostrate meo *J. A. Sprecher* von Bernegg in linguam Germanicam versa H. *Mr. Malten* actis menstruis „Weltkunde" (ann. 1843 et 1844) inseruit. Folium membranaceum libri *manuscripti*, B. X. 35. signati, est lon-

gitudinis 5″ 1‴ et latitudinis $3^1/_2$″, spatium ipsum scriptum longitudinis $4^1/_4$″ et latitudinis $2^2/_3$″ (Paris.). Non silentio præteribo, quam gratum esse animum meum erga custodem illius gazophylacii priorem, qui humanissimus occasionem codicem describendi mihi præbuit.

De terra ſancta.

Ego magiſter Thetmarus in remiſſionem peccatorum meorum cruce domini ſignatus cum conperegrinis meis peregre proficiscentibus domino peregre sum profectus. tranſiens autem tam marinis quam terre periculis que ad meam fragilitatem multum erant contraria. ſed cauſa eterne retributionis uſque acon peruenì. ubi dum menſem uel amplius ſtetiſſem. et terra adhuc inter ſarracenos et chriſtianos in pace treugis interpoſitis aliquantulum reſpiraret. animaduerti ut loca que dominus meus iheſus chriſtus uerus deus et homo ueſtigiis ſuis corporaliter ſigillauit et ſanctificauit que et uenerabiles priores noſtri inhabitabant. et limina ſanctorum inibi requieſcencium quout potui uiſitarem quia multum deſideraui uidere perſonaliter que in enigmate aliquociens audieram ſcripturarum. et ea que uide-

rem et a ueridicis ueraciter intelligerem ſcripto commendarem. Anno igitur a ſaluatore noſtro nato. m. cc. xvn° cum eſſem in acon quod antiquitus ptolomayda uocabatur. ubi antiquitus ydolum beelzebuc colebatur ſicut in ewangelio legitur quod erat deus accaron. Eſt enim adhuc turris in portu eiuſdem ciuitatis que dicitur turris muſcarum. Eſt et alia ciuitas que uocatur accaron ſcilicet una de ciuitatibus phyliſtinorum Vnde uerſus. Non eſt urbs acaron quam quilibet eſtimat acon. Illa phyliſtea ptolomayda dicitur iſta. Deinde arripui iter ab acon cum quibusdam ſurianis et ſarracenis per terram zabulom et neptalim tranſiens ſephoram oppidum. de quo ſancta anna mater marie uirginis eſt oriunda. Deinde tranſiens ciuitatem nazareth Galylee ubi annunciatio facta eſt et ubi dominus noſter ihſus chriſtus nutritus eſt et in puericia ſua conuerſatus eſt. Poſtea tranſiui a na-

zareth iuxta chana (2:) Galilee ubi dominus nofter ihefus chriftus aquam conuertit in uinum et in illo loco conftructa eft ecclefia. ibi adhuc apparent ueftigia ubi ydrie erant pofite. et dixit michi quidam farrazenus quod illa cyfterna de qua allata eft aqua que in uinum fuit conuerfa continet usque in hodiernum diem aquam adhuc habentem faporem uini.

De monte Thabor.

Deinde a chana galylee perueni ufque ad montem thabor ubi dominus meus ihefus chriftus tranffiguratus fuit coram apoftolis Petro. Iohanne. et Iacobo. cum eis exiftente Moyfe et Helya. Hic mons eft altus nimis in cuius uertice couftructa eft ecclefia ubi fuerat honefta abbatia nigri ordinis quem modo farraceni habent occupatum et ualde munitum turribus et muro. Item non longe hinc profpiciebam ciuitatem que naym uocabatur ubi dominus filium uidue

extra portam reſuſcitauit. Item hinc tranſiens veni ad mare galylee de quo uocauit dominus Petrum et andream. et quod dominus ſuper pedibus ſuis ambulauit. et ubi petri nauicula quaſſata fuit et ipsum mergentem de fluctibus eleuauit. et ubi poſt reſurrectionem dominus primo diſcipulis apparuit et ibi piſcem aſſum cum ipſis corporaliter comedit. qui locus dicitur ad menſam domini. ſuper quem locum ecclefia conſtructa fuit ſed a ſarracenis deſtructa in quo loco ſpecies aromatice creſcunt perpetuo. tam eſtate. qum in hyeme uigore non carentes. Hinc in uicinio eſt mons ubi dominus noſter iheſus chriſtus pauit quinque milia hominum ſcilicet de quinque panibus et duobus piſcibus . et diſcipulos ſuos docuit. vnde dicitur iu ewangelio. Deſcendens iheſus de monte. et ſtans in loco campeſtri et turba copioſa etc. Deinde ueni tyberiadem. que quondam dicta fuit cynareth. que a tyberio ce(3:)-

ſare nomen accepit. et dicitur tyberiadis. que munita ualde fuit et famoſa. quam etiam puer iheſus in iuuentute ſua ſepe frequentabat que a ſarracenis eſt quaſi iam deuaſtata. Inde tranſiui ſuper ripam maris galylee ubi iordanus exiens de medio maris galylee diuidit galyleam et ydumeam. Item inicium maris galylee tranſiens ciuitatem bethſaidam et capharnaum de qua ſcilicet bethſaida erant Petrus et Iohanes. Andreas et Iacobus alphei oriundi. Item uidi etiam ibi ciuitatem Genezareth. et ciuitatem corroſamym. et cedar. de qua naſciturus eſt antichriſtus. Vnde dicitur in psalmo. Habitaui cum habitantibus cedar. multum incola fuit anima mea. Hinc autem non longe uidi campum ſpecioſum et ſpatioſum qui uocatur dothaym ubi Ioſeph fratres ſuos repperit et ubi inuentus eſt ab ipſis et uenditus est ab eis yſmahelitis qui duxerant eum in egyptum

De monte gelboe

Ibi etiam uidi montem gelboe ubi etiam ſaul et jonathas occubuerunt. Vnde dauid. Deus montes qui in circuitu eius eſtis uiſitet dominus a gelboe autem tranſeat. Montes gelboe nec ros nec pluuia deſcendant ſuper uos. Si autem ſuper eos pluuia cadat uel non ueritatem indagare non potui. Sed dicebatur mihi quod ibi morantur aues. pſitaci. qui pluuiam ſuſtinere non poſſunt. Hinc tranſiens ciuitatem que ceſarea phylippi nuncupatur. vbi dominus dixit ad diſcipulos Quem dicunt homines eſſe filium hominis. etc.

De ciuitate Damaſcena

Deinde longe hinc perueni damaſcum in qua ſanctus paulus poſtquam dominus eum conuertit fuit inductus ubi triduo non commedit. neque bibit. neque uidit ſicut in actibus legitur diſcipulorum uel apoſtolorum. Eſt (4:) autem conſuetudo

ut ab intrantibus damaſcum aurum diligenter queratur. quia decima auri debetur ſoldano. vbi etiam a me in omnibus rugis tam ueſtis quam corporis eſt aurum queſitum et ab omnibus ſociis meis tam iuuenibus quam ſenibus. Eſt autem ciuitas ſita in illo loco ubi kayn fratrem ſuum abel occidit cuius ſanguis clamat ad dominum de terra. Non eſt quidem nimis munita ſed eſt adeo populoſa quod nunquam uidi ciuitatem ita populoſam. et tam opulentam. diues ſupra modum nobilibus et mirabilibus. et diuerſis artificibus plena tam agris quam paſcuis. tam florida tamque delectabilis. et opulenta fontibus irriguis. et aqueductibus arteficiosis plena et admirandis ſuper humanum cogitatum. In ſingulis domibus et per ſingulos vicos natatoria et lauatoria rotunda et quadrata iuxta ſtulticiam diuitum mirifice preparata. In circuitu autem ciuitatis orti ameniſſimi irrigui et aqueductibus arteficiosis et

naturalibus irrigati. Omni genere uel ſpecie tam lignorum quam (?) uberrimi temporis. auium laſciuia omnium colorum florum purpura uenuſtati. Tocius enim nature in hoc loco uoluit creator apparere adeo ut locus iſte uere dici poſſit altera paradyſus. Ibi enim audiui. in feſto ſancti martini phylomenam uoce plena modulantem. alaudam. quiſculam et alias uolucres ſollempniter cantantes et uiolas uidi recentes et propter rem admirabilem mihi emi. Sicut enim locus delectabilis eſt ſic et homines loci pro tempore et loco ſunt delicati. quid enim delectamenta et uarietates ciborum humana mens concipere poteſt. et eo amplius apud illos ſunt (5:) viginti ſpecies panis uel plures ibi uidi et partim guſtaui. Raro autem domi ars' cibos preparat. conſuetudo habet quod in foro loco communi preparantur huiuſmodi et preparata ad uendendum deferuntur. Nullus enim quia ſub pena grauiſſima prohibitum eſt

audet cibaria hesterna sine signo quod hesterna die parata sunt ad uendendum deportare. Cibaria nempe que non sunt ita recentia unius noctis solent emere pauperiores. In damasco fui octo diebus. et quedam intellexi de uita et lege sarracenorum. Vita eorum est immunda et lex corrupta. Sarracenis non minus quam possunt licite et illicite sibi delectantur. Mulieres habent quo quis plures habere potest. Temporibus ieiuniorum ieiunant usque ad crepusculum et extunc tota nocte uel quociensçunque possunt commedunt. Sunt autem quidam precones in turribus suis constituti qui noctibus proclamant in hunc modum Surgite qui ieiunastis commedite laute et reficite uos. Item idem etiam precones proclamationibus suis incitant populum ad commiscendum uxoribus suis ad procreationem prolis. et hoc ad cautelam factum est quia non gignunt liberos abutuntur enim masculis.

Vnde etiam ut creditur deus abstulit eis gratiam generandi. Quamobrem ſperatur quod deus eos nolit diu ſuſtinere ſuper terram. Monaſtèrium enim pulchrum et magnum quod greci quondam conſtruxerunt in honore ſancti pauli. ſarraceni in ſuam mameram conuerterunt. In qua habent piſcinam ut ſi quis peccauerit in ea ſe abluat et ita reconciliatur deo ſuo. In quo membro peccat in eodem abluitur. et hec eſt eorum confeſſio. Quater in die orant. et ſemel in nocte. loco campanarum precone utuntur. Ad cuius uocationem ſolent ad eccleſiam ſollempniter conuenire Religioſi uero Sarraceni in qualibet hora (6:) ſolent ſe lauare aqua uel ſabulo ſi defuerit aqua. Incipientes a capite faciem lauant. deinde brachia. manus. crura. pedes. pudibunda. Poſtea uadunt orare. et nunquam orant ſine uenia. multas uenias faciunt (.) uerſus meridiem orant. Tundunt pectora ſua altis uocibus et in ueniis ſuis ter-

ram frontibus pulſant. Mortuos ſuos in dextris lateribus magno cantu in monumentis deponunt ita ut uerſus meridiem ad templum mammet reſpicere uideantur. mulieres uero ſarracenorum lintheaminibus velate et cooperte incedunt. Quamquam templa eorum ingrediuntur non ex precepto maritorum ſuorum. Item ibidem uidi et in palacio ſoldani fui quod exingenti ſtructura et nobili conſtructum eſt. uolui uidere chriſtianos captiuos in carcere ſoldani. ſed ductori meo uiſum eſt non conſultum. Cum tamen non auderem accepi literas eorum et ipsi meas per internuncios. Vidi etiam plures per ciuitatem captiuos quibus tamen timore uite loqui non audebam. Sed vidi ibi unum militem captiuum de werningherode. et unum militem de quedelinchburch qui uocabatur Iohannes et ille miſit michi burſam. Item notandum etiam quod in damaſco et apud damaſcum quelibet natio libere legem

ſuam colit. In ea etiam plures ſunt ecclefie chriſtianorum.

De papa ſarracenorum.

Deinde pertranſiui diuerſa loca et declinaui uerſus orientem in confinio chaldee. ydumee. et perſye. et ueni ad ciuitatem magnam et ualde munitam nomine baydach metropolis. ubi regnauit papa ſarracenorum nomen habens Calyphel. prediues et prepotens et condit ſarracenis leges. et ſub pena ſicut papa noſter precipit ab omnibus firmiter eas obſeruari. Hic nunquam egreditur de die ſed de (7:) nocte quando ſibi placet. Si autem quiſquam eum uiderit nocte euntem et nominauerit. uel prodiderit. peccat mortaliter quo ad eos. die uero cum reſidet in ſolio ſuo ſiqui veniunt et uidere eum querunt. querunt uenias apud eum. et eundo ſuper genua ſua ad ipſum accedunt deoſculantes pedes ſuos. Si autem nobiles fuerint deoſcu-

lantes genua ſua. Habet autem papa iſte in thalamis ſuis et in domibus ſuis plures uirgines quibus commiſcetur. ubi vult. quando vult. quantum vult. et prout vult. Siquis autem nobilis illius terre unam ſuarum corruptarum ducere in legitimam potuerit uidetur ei reginam celi ſcilicet dyanam uel venerem accepiſſe. et papatum eius faciat dominus deus omnipotens breuem ſuper terram. Deinde in nomine domini regreſſus ſum ad acon. deſiderans deſiderio deſideraui corpus beate katerine ſacro ſudans oleo. uiſitare eo quia ardencius in animo meo propoſueram diuturnius totum uie corpus et animam gratia dei et beate katerine ſubmiſſi auxilio. quelibet pericula non abhorrens tanto deſiderio inflammatus. vitam enim uel mort(i)em uel captiuitat(i)em perpetu(æ)am. uel fluctibus marinis fortune exponebam. De acon igitur iter arripiens habitu tanquam gregorius monachus et longa barba

ſimulaui quod eram et iui ſuper ripam maris tria miliaria uerſus carmelum et ſaron.

Mons carmelus.

In pede montis carmeli ſita eſt quedam ciuitas que uocatur cayphas. quam pertranſiui. et uidi in pede montis iuxta ciuitatem cayphan ſpeluncam Helye. et helyſei prophetarum ubi eſt quedam capella conſtructa. In monte iſto multa fecit helyas. orauit enim ad dominum ut non plueret ſuper terram et non pluit (8:) annis tribus et menſibus ſex. Poſt hec rurſum orauit. et celum dedit pluuiam. Poſtea helyas fugiens iezabel reginam impiiſſimam uenit in deſertum ubi obdormiuit ſub umbra juniperi arboris ubi excitatus ab angelo qui portauerat ei ſubcinericium panem et uas aqua dicens ad eum Surge et comede grandis nempe tibi reſtat uia. et in fortitudine cibi illius ambulauit quadraginta

diebus uſque ad montem dei oreb. Mons carmelus precellit omnia montana et extenditur ſupra mare fere ad duas dietas in longitudine et ad unam dietam in latitudine. mons enim paſcuoſus eſt et herboſus. uiſu delectabilis et perutilis animalibus. Ibi morantur leones et leopardi. urſi magni nigri et albi. apri ſilueſtres et quoddam animal ſeuiſſimum quod incole appellant lonzam. quod eſt formidabile. leoni. papiones quos appellant canes ſilueſtres. Lupi ad modum vulpium magni. capreoli. cerui infiniti. et ceteris animalibus quorum longum eſt enarrare genera per ſingula. hic habundat. ad montem iſtum ſiue montana quando ſunt treuge. chriſtiani. templarii. hoſpitalarii domus alamannorum annuatim in menſe februario cum equis et mulis ſolent conuenire et expandere tentoria ſua in pratis et equos ſuos graminibus plurimum inpinguare. et ibidem uiuere in multa delectatione et iocun-

ditate. et uocatur illud feſtum apud eos Haraz. Solent et ſarraceni et boydewini ad locum iſtum illo tempore treugis interpoſitis accedere. et alterutrum militiam exercere quia multum militaliter et artificioſe ſciunt equitare. Poſtea procedens et ueni rama ubi pertranſiui campum ſpecioſum ualde ubi ab an (9:) gelo raptus fuit abacuc propheta afferens danieli prandium in ſpelunca leonum in babylonem. Deinde pertranſiens ligdam ubi per beatum petrum reſuſcitata fuit dorcas. et ſanatus eneas ſicut legitur in actibus apoſtolorum. Deinde proceſſi et tranſiui per montem iudee et ueni ſamariam in ciuitatem ſebaſtam ubi ſepultus erat ſanctus Iohannes baptiſta. non longe eſt a ſebaſta cechym ubi in uicino eſt puteus iacob. ubi dominus aquam a ſamaritana petebat quando dixit ei. Quinque uiros habuiſti. et nunc quem habes non eſt tuus uir. iuxta *quem puteum* Ieroboam fecit duos ui-

tulos aureos quos adorauerunt filii iſrael ubi dauid interfecit golyam. Deinde perueni uſque ramatha ubi fuit archa ſederis ab introitu filiorum iſrael uſque ad tempora ſamuelis. Deinde perueni nycopolim que prius emaus uocabatur ubi dominus poſt reſurrectionem ſe manifeſtauit duobus diſcipulis euntibus in uia quando dixit. Qui ſunt hy ſermones quos confertis ad inuicem ambulantes et eſtis triſtes et reſpondens unus cui nomen cleophas dixit ei. etc. uſque illum locum ubi dicitur. O ſtulti et tardi corde ad credendum in hiis que locuti ſunt prophete. Item proceſſi et ueni achyloy. et gabaon. ubi ioſue pugnauit contra. quinque reges ad cuius preceptum ſol tenuit curſum ſuum uſque ad uictoriam populi ſui. Cum autem de montanis iudee procederem uerſus bethlehem et ueniſſem contra iheruſalem extra portam ciuitatis ubi ſanctus ſte-

phanus prothomartir lapidatus est in

quo loco quondam conſtructa eſt eccleſia ſed nunc a ſarracenis funditus eſt euerſa.

De ciuitate iheruſalem.

De ciuitate ſancta iheruſalem multi multa dixerunt. quia (10:) uero multa de ea dici poſſunt tamen te multis dicam pauca Ciuitas iſta fortiſſima eſt ſupra modum muris et turribus munita. templum domini quod dicitur ſalemonis mirifice adornatum ſarraceni in mameram ſuam conuerterunt quo nunquam chriſtiani preſumunt intrare. Eccleſia dominici ſepulchri et locus paſſionis ſine luminaribus. ſine honore. ſine reuerentia ſemper clauſa exiſtit niſi forte gratia oblationum peregrinis aperiatur.

De monte ſyon.

Item nota quod mons ſyon est infra *ciuitatem* iheruſalem in orientali parte *in cuius ſummitate* eccleſia eſt conſtructa

ubi dominus lauit pedes diſcipulorum ſuorum. ibi etiam cenauit cum diſcipulis ſuis. ibi ſanctus iohannes ewangeliſta ſupra pectus domini in cena recubuit. Ibi etiam in die ſancta penthecoſtes diſcipuli ſpiritum ſanctum receperunt. Ibi etiam beata uirgo maria in medio apoſtolorum deo reddidit ſpiritum. Ibi etiam preſentatus fuit dominus pylato iudici. Ibi etiam clauſis ianuis poſt reſurrectionem diſcipulis ſuis apparuit dominus. dicens. Pax uobis. Ibi etiam beatus Stephanus fuit ſepultus inter nychodemum et abyam. Item a ſiniſtra parte montis extra muros ciuitatis est ager peregrinorum. qui acheldemach uel ager ſanguinis nuncupatur. iuxta quem agrum iacet mons gyon ubi rex ſalemon fiebat coronatus.

De monte oliueti.

Item prope ciuitatem ſanctam eſt *mons oliueti* et locus de quo ſaluator

aſcendit ad patrem. ubi adhuc optime uidentur ueſtigia ſaluatoris Item in pede illius montis oliueti contra orientem quaſi iactu ſagitte chriſtus orauit ad patrem et ibi etiam ſudauit ſudorem ſanguineum, Ibi etiam dixit petro Symon non potuiſti una hora uigilare mecum. Inde regreſſus iheſus (11:) ihetſemani tentatus eſt a iudeis. et ductus in ſyon ad pretorium pylati. Ibi eum petrus ad uocem ancille negauit. ibidem etiam recognoſcens reatum ſuum deſcendit in cauernam quandam ubi amariſſime fleuit que hodie gallicantus uocatur Item quaſi iuxta portam ciuitatis tamen infra que reſpicit ad meridiem eſt cauea quedam in qua iuſſu dei quidam leo ſub coſtroa plurima corpora ſanctorum martirum vna nocte comportauit que adhuc carnarium leonis uocatur. Cum autem quatuor dies et noctes apud iheruſalem ſtetiſſem arripui iter uerſus bethlehem

De ciuitate bethlehem.

Bethlehem ciuitas dei ſummi ſita eſt in iugo montis in longum. et adhuc eſt integra nec a ſarracenis devaſtata Quam quidem tenent chriſtiani ſarracenis ſubiugales et creditur quod ſarraceni non poſſunt ibi eſſe ſtacionarii. Sunt tamen quidam ſarraceni cuſtodes ad limina monaſterii deputati quod a peregrinis et introeuntibus pedagium accipientes qui tamen reſidenciam ibi non faciunt. Monaſterium iſtud pulcherrimum eſt et co(u)m plumbo tectum. Baſes eius cum epiſtiliis et capitellis de marmore nobiliſſimo. Item pauimentum eodem marmore ſtratum. parietes eius auro et argento uariis coloribus ſunt politi. et omni opere uel arte pigmentaria ad unguem venuſtata. Sarraceni ſepe deſtruxiſſent hoc monaſterium niſi ſollicitudo chriſtianorum multa pecunia precauiſſet In eodem monaſterio in capite

ecclesie est spelunca ubi dominus noster iheſus chriſtus natus fuit in qua ego peccator deoſculabar et adoraui in loco ubi uirgo puerpera deum fudit infantem et ubi dominus paruulus uagiuit. ibidem etiam uidi magnam ſpeluncam ubi plurima ſanctorum innocencium corpora depoſita fuerunt. Hinc etiam quod a bethlehem ad ſex miliaria perueni (12:) in ebron ubi quatuor patriarche. adam. abraham. yſaac et Iacob. cum ſuis uxoribus in ſpelunca duplici ſunt ſepulti ubi eccleſia pulcherrima eſt conſtructa quam ſarraceni in multa habent veneratione et maxime propterea quia illa prouincia adhuc uocatur terra abraham. et eſt quidam ager in ebron qui in multo habetur honore et prope ſpeluuca ſpecioſa. Solent etiam ſarraceni effodere illam terram de illo agro ſingulis annis et deferre in egyptum ad uendendum *pro nobili* ſpecie de qua terra dicunt *quidam et in* eodem loco. adam eſſe

plaſmatum. terra illius agri rubea eſt. et illa terra talis eſt nature quantumcunque effoſſum eſt poſt circulum anni redintegra.

De monte mambre

Item iuxta ebron ſitus eſt mons mambre in cuius radice montis ſtat illa therebintus ſub qua uidit abraham illos tres angelos vnde dicitur. tres uidit et vnum adorauit. Item a bethlehem ad miliare vnum uerſus ſodomam et gomorram habetur locus amenus qui dicitur. gloria in excelſis. ubi angeli paſtoribus annunciauernnt dominum noſtrum iheſum chriſtum fuiſſe natum. ibi etiam iacob pauit greges ſuos Item progreſſus a ſancta ciuitate bethlehem ueni ad bethaniam ad campum ubi lazarus a domino ſuit reſuſcitatus. Eſt autem bethanie mons offenſionis contiguus in quo poſuit ſalemon rex ydolum moloch. *Inde deſcendens* uerſus iherichо uidi

locum ubi ſamaritanus incidit in latrones Vnde in ewangelio Homo quidam deſcendebat de iheruſalem in iericho et incidit in latrones. etc. et dicitur locus ille adomin. Ibi enim frequenter a latronibus effundebatur ſanguis humanus Item pertranſiui illum locum non longe ab ieri(13:)cho ubi dominus noſter iheſus chriſtus cecum illuminauit. Item pertranſiui riuulum quem heliſeus de amaro fecit potabilem. vnde legitur. Deus quique te per helyſeum prophetam in aquam mitti iuſſit etc. Item perueni ad montem querencium ubi dominus noſter iheſus chriſtus ieiunauit et a dyabolo temptatus eſt dicens Si procidens adoraueris me omnia que uideris dabo tibi. Hinc perueni iericho in quo zacheus diues et ſtature puſillus fuit ciuitas iſta parua eſt hinc et multi pueri de ciuitate egreſſi illuſerunt helyſeo *prophete* dicentes. Calue calue ascende Quos in uindictam prophete

duo urſi ueniebant et pueros omnes deuorabant.

De flumine iordanis.

Hinc tranſiens verſus iordanem uidi caſtra galylee ubi frequenter eſſe ſolebant prophete helyas et helyſeus. vidi etiam ibi aceruum preputiorum. et ſedem circumciſionis tranſiui etiam locum illum ubi filii iſrael pede ſicco tranſierunt iordanem qui adhuc dicitur uada iordanis ubi dominus noſter iheſus chriſtus a Iohanne baptizatus eſt. In quo loco pulcherrima eccleſia in honore ſancti Iohannis baptiſte conſtructa eſt. In quo loco annuatim epyphania ſolent de longinquis partibus greci et ſuriani cum maxima multitudine conuenire. et in eodem loco ubi dominus noſter iheſus chriſtus baptizatus eſt pueros ſuos baptizare. Hic etiam in loco a domino per currum igneum raptus eſt helyas in celum Hic etiam eſt uallis que dicitur

uallis iordanis ſiue uallis achor qui pro aurea regula lapidatus fuit ihericho. Eſt etiam uallis iſta ſpecioſa ualde et pulcherrima et quondam ualde fructifera adeo ut poma granata ad modum urne ibi creſcerent et ductor meus dixit mihi ueraciſſime quod botrus etiam tam magnus ibi creſceret quod uix aliquis manu (14:) poſſet tollere. Sed uallis iſta nobiliſſima a fetore uiciorum ſodome. et a ſui fecunditate penitus emarcuit quod nullus fructus ibi creſcit. Arbores quedem ſunt ibi de pulcherrimis foliis ſed fructum non habentes. quarum adhuc ſucus uicia ſapit ſodomorum. quia ſiquis ramuſculum de hiis fregerit arboribus. manus habebit tota die fetediſſimas nec fetor per aliquos cuiuſcunque liquoris abluciones poterit aboleri. Item non longe hinc eſt locus bethel ubi iacob ſuper humum dum fratrem ſuum *eſau fugeret* obdormiuit et ſcalam ad

celos erectam et per eam angelos ad celos aſcendentes et deſcendentes vidit.

De ſubuerſione ſodomiorum.

Item igitur pertranſiens vadum iordanis et ueni poſtea ad campum et ad lacum ubi dominus ſubuertit ſodomam et gomorram qui lacus ab incolis dicitur affalte Euomit autem lacus iſte mare quod dicitur mare mortuum quia nichil uiuum recipit. et quod dicitur mare dyaboli. quia inſtinctu dyaboli propter peccata eorum quatuor ciuitates ſcilicet ſodoma. gomorra. ſeboym. et adama ſunt ſubuerſe Super ripam iſtius maledicti maris creſcunt poma forinſecus pulchra et rubicunda intrinſecus autem cumrampuntur eſt cinis et fauilla et fetent. Notandum etiam et certum eſt quod de iſto mari ſemel in anno uel bis exit uentus periculoſus magno impetu ſiccus urens nociui(u)s frugibus et corporibus ita ut per tuſſim multos interficiat no-

mine aſſur. et protendit uires ſuas ultra accon ſuper mare ad decem miliaria et ibi perdit uires ſuas quandocunque autem egreditur non amplius quam ad dimidium diem durat. Si enim diucius duraret terra eum ſuſtinere non poſſet. Lacus iſte etiam dicitur lacus ſalinarum quia (15:) multi de partibus ibi ſal colligunt. In lacum iſtum fluit iordanis et amplius non egreditur ſicuti a quibusdam intellexi. In ripa huiuſmodi lacus a loco ubi dominus noſter iheſus chriſtus baptizatus fuit ad unum miliare eſt ſtatua ſalis in quam uxor loth uerſa fuit. Vnde uerſus. In ſalis effigiem ſtatuam animalia lambunt. Hinc a lacu ſodome et gomorre veni et proceſſi ſegor ubi loth poſt euerſionem ſodome et gomorre ſe recepit quod modo ſyra lingua dicitur zoram. latine ſegor dicitur oppidum palme ubi loth inebriatus cum *filiabus ſuis* peccauit

De orto balſami.

Poſt hec proceſſi vineam beniamin et engaddi que quondam dicta fuit vinea balſami quia ibi antiquitus creuit balſamus ſed egyptii furtiue arbuſta ſuſtulerunt et iuxta babylonem et hare ciuitatem quandam tranſplantauerunt. habet autem ortus balſami in quantitate circa dimidium manſum. et eſt lignum balſami ut lignum uitis duorum annorum folium uero ſicut trifolium formatum. tempore uero maturitatis in menſe mayo rumpitur cortex ligni balſami et guttatim gummi diſtillat. quod in uaſis uitreis colligitur ſicut notum eſt operariis et per aliquos menſes in ſtercore columbarum reponitur et reſeruatur ſic tandem purum a fece ſeparatur Nota quod balſamus formatus eſt in colore et in liquore ſicut purum oximel. Item ortus balſami ſpecialem habet fontem vnde *irrigatur* quia ab alia aqua non poteſt

irrigari. Ad iſtum fontem beata uirgo maria herodis perſecutione pannos pueri ſui ſaluatoris noſtri ut natura hominis requirebat perſonaliter mundabat. quapropter adhuc (16:) hodie fons ille a ſarracenis in ueneratione habetur. Deinde longe veni ad montem abarim excelſum ualde in quo moyſes mortuus eſt et a domino ſepultus cuius ſepulchrum nullus hominum ſcire potuit. Ille mons uallem circumquaque habet horribilem et profundam ualde cuius profunditas plurimum me turbauit. In aſcenſu uero et in deſcenſu dietam conſumaui. abinde tranſiens de longe ueni ad maximum montem in cuius ſummitate tantum frigus erat ut etiam mihi uicinus morti viderer ubi vnum ſociorum meorum nimietate frigoris eiuſdem corru(e)ptum tandem perdidi. Item monte iſto tranſito ueni ad rupem ubi ieremias propheta *archam federis* ſepeliuit ſuper quem locum adhuc ſepe noctibus uidetur nubes

ignea Hinc tranſiens per ſolitudinem quandam perueni ad montem qui dicitur gallice monreal ſcobach. In ſummitate illius montis eſt ſitum caſtrum peroptimum tribus muris gradatim cinctum et tam firmum quod nunquam uidi firmius et eſt ſoldani de babylonia. Suburbana eius inhabitant ſarraceni et chriſtiani. ubi exceptus fui hoſpicio a quadam uidua gallica que me informauit de itinere et modum itineris per deſertum uſque ad montem ſynai. et fecit me habere uiatica. ſcilicet panem bis coctum caſeos et unam paſſam. ficus et vinum. Conduxit mihi etiam boydewinos cum camelis uſque ad montem ſyna. quia aliis uia non eſt nota per deſertum. quos quidem iuratos et fide et ſua lege aſtrictos conueni hoc pacto ut me reducerent uiuum uel mortuum Iui ergo cum ductoribus meis boydewinis cum camelis per terram edom terram bonam et ſa-
racem. Dimiſi ad dexteram archym

quondam metropolim arabum ciuitatem mag(17:)nam ſed modo deſertam. Pertranſiui et petram vnde moyſes eduxit aquam contradictionis que aqua diuiditur in duos riuulos per quos illa terra irrigatur. Preteriens etiam locum ubi filii iſrael leſi fuerunt a ſerpentibus ignitis contra quorum leſiones moyſes iuſſu domini ſerpentem magnum poſuit in partica ut in conſpectu illius leſi curarentur. Poſtea tranſiui per rupes altiſſimas uia arta et horribili. Erant enim ſcopuli hinc inde ſuper me adinſtar murorum uel parietum erecti et quandoque deſuper clauſi ad modum teſtudinis arcuate via quidem profunda in altum tendens tenebroſa quia ſepe propter clauſuras et coueniencias ſcopulorum hinc inde aerem uidere non potui. In rupibus iſtis inueni exciſas in petra manſiones hominum pulchras ualde et ornatas palatia et caminatas. *oratoria* et cameras et omnia commoda

que ualent ad uſum hominum. Omnes habitationes iſte deſerte erant et a nullis inhabitabantur. Item veni ad montem or ubi mortuus fuit aaron. in cuius ſummitate eccleſia eſt conſtructa in quo habitant duo monachi greci chriſtiani. qui locus dicitur muſcera.

De monte or.

Mons or altus eſt ualde et difficilis aſcenſus eius et ſupereminet omnes montes illius prouincie In pede illius montis primum cepi intrare deſertum et deſcendi per prerupta ingentia et precipicia maxima gradus exciſos in petram. Intraui deſertum babylonie quod dicitur byrrie terram inuiam et inaquoſam ſolitudinem uaſtam et heremum quam filii iſrael quandoque mirabili prouidencia dei tranſiuerunt. ibi deus multa miracula oſtendit eis. ſed quia malicie ſue nimietas bonitatem dei neglexit multi propter ma(18:)liciam ſuam perie-

runt. Proceſſi itaque per deſertum pharan et ad uallem quandam inter montes ſitam arenoſam cuius natura talis eſt quod uentus ſpargit arenam de montibus hinc inde poſitis quia montes illi toti arenoſi ſunt ſpargit enim adeo denſe ut etiam iter agentibus illuc ire ſit periculoſum quia arena ad modum niuis uel grandinis ſpargitur a uento quod foſſas replet obducit uias et inuoluit tranſeuntes. Nullus enim poſſet inuenire uiam preter boydewinos quibus nota eſt uia. et prouincia. et per uiam illam incedere conſueuerunt. In ualle iſta tempore hyemis me iter agente tantus erat eſtus ut uix ſuſtinere poſſem. nullus autem per eam propter eſtum nimium poteſt incedere per eſtatem. Item iuxta uallem iſtam eſt locus ubi Iathan et abyron et chore contendentes contra aaron de ſacerdocio et principatu cum *diſſentionem* in populo facere conati ſunt. *a terra uiui* abſorti ſunt cum ſuis om-

nibus cum tabernaculis ſuis et uniuerſa ſubſtantia deſcenderuntque uiuentes in infernum. Item ibi in uicinio floruit uirga aaron. a ſiniſtro uero ſunt montes altiſſimi montes egyptiorum per quos moyſes per compendium duxit exercitum et mundantibus(dans) uiam a uermibus importunis .

De mari rubro

Inde ueni ad mare rubrum aqua quidem rubea non eſt. immo fundus huius maris et terra circumiacens rubea eſt. Inueni autem in littore huius maris mirabiles et delectabiles lapides et ſimiliter diuerſos et pulcherrimos quoſdam albiſſimos et quoſdam aurei coloris quoſdam etiam quaſi ſculptos arteficialiter in quibus omnibus multum delectabar. et admirabar. Verum quia nimietas mater ſacietatis eſt. hec omnia licet *delectabilia* tollere et deportare uinum

faſtidiui (19:) Super ripam quandam a littore ad dimidium campum in iſto mari quoddam caſtrum vidi ſitum cuius caſtellani partim erant chriſtiani et partim ſarraceni. chriſtiani quidem captiui. gallici anglici latini. Sed omnes et iſti et illi piſcatores ſoldani de babylonia. non agriculturam non bellum non aliam miliciam preterquam exercentes nec aliunde uiuentes. Panem uero raro habent. Ab omni habitabili poſtquam ad quinque dietas ſunt ſequeſtrati. Hic in loco defecit michi aqua quam mecum in camelis deportaueram et inueni aquam amariſſimam ſalſam et plenam uermibus quantum licet inuitus bibi et ſtatim inde infirmatus fui Inueni autem alium fontem in uicinio liquidiſſimum qui talis eſt nature de quo qui bibit perdit omnes carnes. Non longe diſtat hinc india ubi quieſcit ſanc*tus thomas* apoſtolus. et ueniunt fre*quenter indi* cum nauibus ſuis per mare

rubrum in babylonem uel egyptum ſua mercimonia tranſportando Notandum quod mare rubrum cingit ettyopiam. arabiam. mimidiam et egyptum. Item nota quod mare rubrum habet piſces peroptimos quoſdam etiam comedi crudos. Super ripam huius maris iui per tres dies ex una parte habens mare ex altera parte montes altiſſimos. quandoque in magno periculo ruinas tranſiui montium et petrarum que ex colliſione aquarum et procellarum corruerant et ſemitam obſtruxerant. Relinquens igitur mare rubrum iui inter montana altiſſima per uiam ubi ſolet aqua defluere de montibus dum pluuia eſt gyrans montes per uarios circuitus tribus diebus et ueni ad montem ſynai. Habui autem duos coruos comites per tres dies a mari rubro uſque ad montem ſynai non longius quaſi ad iactum ſagitte ſequentes uel precedentes obſeruabant (20.) *horam prandii* et cene tamquam elemo-

ſinam exſpectantes et in reditu ſimiliter hec fecerunt. Notandum autem quod plura ſunt pericula illius deſerti. leones frequentes quorum ueſtigia recencia uidi. et ſerpentes. et multi alii uermes nociui pluuia quoque. quia dum pluit aqua collecta per montes replet deſertum tanta inundatione ut nullus homo periculum poſſit declinare. Calor etiam cuius nimietas cogit tranſeuntes ad defectum et aque penuria que non habetur niſi de quinto die in quintum uel de ſexto in ſextum. Latrunculi quoque arabes agreſtes et boydewini quorum latrocinia timentur Tempore eſtiuo nullus hoc deſertum tranſire poteſt pauce etiam aues ſunt in eo. Eſt autem pulchra planicies et ſpacioſa ante montem ſynai ubi moyſes pauit greges ſoceri ſui ietro ſacerdotis madian quando uidit rubum ardere et non comburebatur. Ibi etiam hebrei *pugnabant* contra amalech quando moy*ſes orabat* in monte ſynai. et aaron et

ur ſuſtentabant brachia eius. Ibi etiam fecerunt filii iſrael uitulum conflatilem. et adorauerunt. Ibi etiam nadab et abyn ignis conſumpſit.

De monte ſynai.

Eſt autem in pede montis ſynai in loco ubi rubus ſtabat quem moyſes ardere putans inconbuſtum obſtupuit. pulchra eccleſia in honore beate virginis marie eſt conſtructa intrinſecus polito marmore et plumbo tecta. intrinſecus continens plures lampades Iſta eccleſia habet epiſcopum et monachos viros religioſos per omnia grecos et ſurianos. quibus preeſt epiſcopus in temporalibus et in ſpiritualibus. Notandum autem quod hii omnes habent unam curiam que muro forti et alto cincta eſt. Illa curia tantum unam habet portam et ferream ſed habitacula infra muros habent ſub(21:)diuiſa ita quod unus ſenex et alter iuuenis commaneant ut ſenex

iuuenis poſſit ſubleuare ſingula habent cubicula. ſingula altaria. ſingula oratoria. ſed communem habent eccleſiam magnam et principalem ad quam noctibus ſigno dato ad matutinas ſimul conueniunt quia campanam non habent. Sollempnius enim agunt officium nocturnum quam diurnum. Vnum omnes et commune habent refectorium magnum et pulchrum vnam tantum menſam longam in medio refectorii poſitam ad quam ſedet epiſcopus in fine. in circuitu reliqui bini et bini ſine menſali ſuper nudam tabulam comedentes. alternis uero diebus comedunt in refectorio et feſtiuis. alternis uero diebus in domiciliis comedunt panem et aquam. In refectorio eorum cum ipſis comedi. Sine lectione comedunt tamen diſciplinate. aquam ſemper bibunt preterquam in paucis ſollempnitatibus quibus utuntur *uino modice.* Piſces uiuos habent et *ſatis de mari* rubro panem competentem

habent. Rapas et oleum ſatis et dactilos. nunquam utuntur carnibus. Miſere induuntur. Miſere cubant. quaſi ſuper nudam terram ſine plumis et aliqui magis deuote(i) ſine ſtraminibus Pleraque que habent apportantur eis de babylonia.

De rubo moyſi.

Eſt etiam in capitello eiuſdem monaſterii locus ubi rubus ſtabat. ab omnibus tam ſarracenis quam chriſtianis veneratus honorifice preparatus in ipſo monaſterio ſubdiuiſus. Hunc locum nullus nec epiſcopus. nec monachus. nec chriſtianus. nec ſarracenus ingredi audet niſi diſcalciatus. Ipſe etiam magnus ſoldanus rex babylonie tunc temporis extiterat ibi et reuerens locum illum humiliter. et nudis pedibus uidi quod introiuit ubi ego uilis etiam diſcalciatus adoraui Nota rubus quidem quem uidit *et adorauit* moyſes ſublatus eſt (?)

et inter chriſtianos pro reliquiis diſtractus. adinſtar autem illius rubi factus eſt aureus rubus ex laminis aureis. et ymago domini aurea ſuper rubum et ymago moyſi aurea dupliciter. vna ymago ſtans ad dexteram rubi diſcalcians ſe. ſtat et ymago alia moyſi aurea in ſiniſtra parte rubi tamquam diſcalciata et nudis pedibus vbi dominus dedit ei legationem ad pharaonem regem egypti de educendo populum ſuum. In quo loco adhuc effodiuntur lapides nobiles habentes in ſe tamquam pictam ſimilitudinem rubi qui optime ualent contra diuerſas infirmitates

De tumba katerine

Notandum etiam iuxta chorum dominorum in eminenti uerſus meridiem tumba beate uirginis eſt locata. Tumba quidem breuis eſt de marmore albiſſimo *nobiliori* preparata cuius cooperculum *leuatum* eſt quemadmodum arche e

aperitur et clauditur. Cum epiſcopus ille intelligeret meum deſiderium et cauſam mei aduentus prepaparauit ſe cum oratione et cantu. et deuotione. et cum proceſſione acceſſit ad ſarcophagum beate katerine uirginis et aperuit et mihi retroſpicere precepit. et uidi perſpicue facie ad faciem ſine ambiguo corpus beate katerine. et caput eius teſtante deo nudum deoſculabar membra quidem et oſſa neruis coherentia innatant quia ipſum oleum de ſingulis reſudat articulis non de tumba tamquam de humano corpore in balneo ſudor deforis guttatim erumpit Notandum etiam quod ſecundum quod narrat paſſio eiuſdem uirginis corpus eius a ſanctis angelis ſtatim poſt martirium in ſupercilium cuiuſdam collis ſynai eſt tranſlatum et collatum. Cum autem de tranſlatione de monte in eccleſiam predictam dixit mihi ductor (23:) meus qui me duxit ſuper ipſum montem *quod quidam* heremita ſedens in eadem

parte montis ſynai in alio colle ab illo loco ubi corpus ſancte katerine ab angelis collocatum eſt uidit frequenter tam die quam nocte quaſi flammam ignis ardentem et multum lucis claritatem habentem in loco et circa locum ubi ſanctum corpus iacebat. admirans igitur de die in diem magis ac magis quod hoc eſſet et penitus ignorans. Deſcendit itaque et laborauit venire ad clauſtrum in pede montis ſitum et epiſcopo loci illius et monachis viſionem quam frequenter uidit. et locum ubi uiderat indicauit. Qui in dicto ieiunio et multis orationibus completis humiliter cum proceſſione montem cum heremita conſcenderunt. Quo dum cum magna difficultate perueniſſent corpus quidem inuenerunt. ſed cuius. et vnde. uel quare. uel per quos uel quomodo. uel quando. ibi depoſitum ſit ignorantes et admiran-
tes. Statim quidam uenerabilis perſona
et etatis mature ipſis affuit. et ex dei

gratia tranſmiſſus et fuit angelus qui dubia certificauit. et hoc corpus eſſe beate katerine clara uoce edocuit et per manus ſanctorum angelorum illo loco collocauit Ad cuius perſuaſionem viri venerabiles et deuoti epiſcopus et eius monachi iam demum corpus in ſuam eccleſiam tranſtulerunt Qui ſcilicet locus in quem ab angelis corpus poſitum erat quaſi inacceſſibilis et inhabitabilis eſt omnibus. Eſt autem ſanctum corpus collocatum ſuper chorum uerſus meridiem. Tumba quidem breuis eſt quia corpus admodum paruum eſt ubi per dei graciam et per merita ſancte katerine magna et innumera contingunt miracula qua(o)rum vnum Quidam nobilis de petra ſcobach ſuggeſtione cuiusdam monachi cupiens corpus beate katerine ab illo clauſtro auferre et ſecum tranſferre (24:) Poſtea preparatus ad auferendum fere uſque ad eandem ecclesiam cum multo peruenisset comitatu

ex prouiſione dei ille mirabiliter ad ſe eſt repercuſſus et ſic turbo enim ualidus et tenebroſus ne opus quod in mente conceperat perficeret ipſum tenebris palpantibus occupauit tam mente quam corpore et inuoluit. Terre motus etiam adeo magnus factus eſt ut montes ruerent ipſum authorem ſceleris fere trahentes in periculum et ruinam. ruine autem montium et petrarum adhuc manifeſte ibi ſunt uſque in hodiernum diem. Ipſe uero predo confuſus et quaſi amens ad eccleſiam beate marie et virginis katerine peruenit. ubi dum ſe recepiſſet in mentem plurimum ipſum penituit peccati condoluit deum omnipotentem uerum iudicem ac defenſorem eſſe reverens in ſignum reconciliationis tam dei quam ſue matris marie et ad honorem ſancte uirginis katerine eidem eccleſie contulit larga predia quibus adhuc ipſi monachi predicti urbi deſeruientes libere perfruuntur. ibi claruit cuius meritū beata

uirgo katerina apud ſuum ſit creatorem. Cum apud predictum monaſterium per quatuor dies manſiſſem. et iſta omnia perſpexiſſem rogaui dominum epiſcopum ut propter deum darem michi ductorem qui me duceret in ſummitatem montis ſynai ubi moyſes accepit legem a domino. Fui ergo cum ductore ab epiſcopo mihi conceſſo et per dei graciam aſcendi in montem. Mons iſte altus eſt nimis et excellit omnes montes in altitudine illius prouincie. adhuc dicunt deum habitare in eo. Semita autem per quam aſcenditur per gradus facta eſt et adeo arta ut ſi non per gradus ibi ab heremitis et aliis ſanctis uiris laborioſe exſtructos quiſpiam aſcendere non poſſet. Sepe enim iſte gradus per ſcopulos et in altum ſupra modum hinc inde exiſtens (25:) ad modum turrium altiſſimarum. Aſcendi autem per gradus iſtos cum magna difficultate ad ſummitatem montis. Cum autem aſcendiſſem

quaſi ad terciam partem montis inueni capellulam minutiſſimam ubi beata uirgo maria uiſibiliter apparuit clauſtralibus infra montem poſitis Item in ſummitate montis uidi monaſterium ſancti moyſi ubi legem a domino recepit et commiſit ei de tabernaculo faciendo et archa. et ibi ieiunauit quadraginta diebus et ibi loquebatur cum domino et dominus cum eo ſicuti amicus cum amico. In foribus illius ecclefie eſt lapis et cauerna petre ubi moyſes abſcondit ſe quando uolebat dominum uidere dicens. Domine. oſtende michi faciem tuam. Cui dominus. Ego oſtendam tibi omne bonum ſed faciem meam non poteris uidere. ſed ſta in foramine petre et cum tranſiero uidebis poſteriora mea. Moyſes autem ſtans iuxta petram quando dominus pertranſiuit reſoluta eſt petra uelut cera que ad ignem laxata eſt. ex timore autem quem contraxit moyſes a gloria domini quam uidit impreſſit ſe petre in qua

adhuc uestigia eius uidi impressa. Petra tamen durissima est ita quod nullo ferro secari potest. vidi etiam ibi locum ubi positum erat corpus sancte katerine ab angelis. Item in eodem loco huius monitis(montis) vbi beata uirgo maria monachis corporaliter apparuit uidi ecclesiam constructam et monachos de ordine grecorum inhabitantes qui mihi ydriam magnam nunquam de oleo uacantem ostendebant. Qualiter et quomodo accidit hoc ibidem mihi a quibusdam viris religiosis innotuit. Ecce quodam tempore cum oleum ad illuminationem sui monasterii non haberent. et causa paupertatis diucius persoluere nequiue(26:)runt a predicto monasterio abscedere et uacuum dimittere disposuerunt quia mos est grecorum ut in ecclesiis suis plurima habeant luminaria immo infinita quia uidetur eis quod sine multis luminaribus deo digne non ualeant deseruire. Cum igitur luminaria

ſua deficere uiderent diſcedere proponebant. Beata virgo maria iterato eis conſpecta eſt corporaliter et que eſſet cauſa receſſus ab eis requiſiuit. Cum autem cauſam intellexiſſet dixit eis. Nolite triſtari et manete quia ydriam in quam oleum deponere conſueuiſtis inuenietis oleo indeficienti repletam nunquam nempe amplius uidebitis ydriam illam ab oleo defeciſſe. Hanc ydriam vidi et in magna ueneratione habetur et de eius oleo habui

De monte dei oreb

Deinde perueni ad alium locum in uertice montis ſynai et tranſiui per duas portas lapideas et ueni ad capellam helye prophete qui ſcilicet locus dicitur oreb. ubi helyas ieiunauit quadraginta diebus et ubi ſtetit in foramine ad uidendum dominum et uidit uentum tranſeuntem frangens(tem) montes et petras ſicuti adhuc ibidem in ruinis appare

et non in eo dominus ſed poſt ſpiritum commotionis et terremotus ſibi dominus in igne apparuit et tunc loquebatur cum eo et ipſe cum domino. A cacumine huius montis uidi totam prouinciam in longitudine et latitudine et in circuitu et uidi in eodem loco campum ſpecioſum helym. ubi primo uſi ſunt manna filii iſrael et dixit michi ductor meus nunquam ibi pluere ſed locum illum irrigari celeſti rore Notandum etiam quod mons iſte in maiore parte ſui dicitur ſynai. In aliqua tamen parte contra egyptum dicitur mons oreb quia petram oreb moyſes uirga percuſſit et dedit aquam (27:) toti multitudini filiorum iſrael quia aqua tam largiſſime de petra eſt egreſſa ita ut populus biberet et iumenta. et dixit michi epiſcopus quod filii iſrael partem illius petre ſecum deportauerunt ad aquas contradictionis. et illa pars pro toto eis aquam miniſtrauit habundantem Notandum etiam quod mare

rubrum circa montem ſynai uerſus meridiem ſe extendit et protenditur uſque in babylonem et ibi habet finem. Item nota quod mare rubrum a mediterraneo. uel magno mari ad quinque dietas. protenditur tamen vnum brachium ab uno mari ad modum parui fluminis (habens) per medium autem huius fluminis ab oriente tranſit gyon qui eſt fluuius paradyſi et deſcendit per egyptum iuxta muros babylonis. et preterfluens damiatam ciuitatem in alexandria. et decurrit in mediterraneum mare. Ibidem fluuius nylus etiam exuberationes facit tempore menſis iulij per quadraginta dies et totidem diebus refluit et in refluxione nyli ſtatim agricole circunquaque habitantes mittunt ſemina per agros in limum adhuc recentem de aqua. Que ſemina uix obducta limo inf(t)ra unam noctem creſcunt in herbam ad longitudinem digiti. Habent autem egyptii in porta ciuitatis babylonie quoddam mi-

rabile ſignum in quo preconſiderant fertilitatem. uel kariſtiam futuri temporis hoc modo. Si aqua nyli inundantis tangit ſignum bonum tempus erit et fertile. Si aqua excedit ſignum ſequitur maxima copia frugum. Si aqua nyli infra ſignum manſerit cariſtia magna erit. Sciendum etiam quod egyptus continet tres ciuitates principales. nouam babylonem. Alexandriam. Damiatam. Babylon ciuitas non eſt muro munita nec turribus nec habet murum ſupra (28:) Sciendum eſt tres eſſe babylonias. unam ſcilicet ſuper fluuium chobar ubi regnabat nabuchodonoſor rex ubi fuit turris babel. et hec deſerta dicitur et antiqua diſtans a babylonia noua per triginta dietas. Fuit et alia babylonia in egypto ſupra nylum ſita in pede montis iuxta deſertum in qua habitauit rex pharao. diſtans ab iſta noua babylonia ad ſex miliaria. et hec quoque *deſtructa* eſt et deſerta.

quidem et eius natiuitatem. ſed negant eum eſſe filium dei et crucifixum et baptizatum mortuum et ſepultum et eius reſurrectionem

de arbore palmarum.

Item apud hare eſt quedam arbor palme antiquiſſima et altiſſima que ſancte beate uirgini uſque ad terram inclinauit quandocunque cum ſaluatore noſtro tranſiuit et ab eo(a) dactila collegit et iterum in altum erigebatur. Hoc temporis iudei uidentes beate virgini inuidebant et arborem in duobus locis membratim ſuccidebant. Nocte uero proxima arbor ſolidata fuit et erecta et uſque in hodiernum diem vulnera ſuccifionis apparent Hanc quoque arborem ſarraceni in ueneratione habent et candelis omni nocte illuminatur. Sunt ibidem et alia loca diuerſa ubi beata uirgo cum filio *ſuo habitabat* in egypto a ſarracenis *ſimul et chriſtianis* venerata ſed a iudeis

non quia ipſi ſemper beate virgini marie ſunt contrarii et aduerſi

De terra egypti et eius ſitu

Nota quod egyptus terra quidem plana eſt et fertilis ualde et raro habet pluuiam toto anno omni menſe preter auguſtum creſcunt ibi roſe Oues et capre bis in anno producunt ibi fetum. multi etiam (30:) chriſtiani et plures eccleſie chriſtianorum ſunt in egypto qui unum habent patriarcham in alexandria Item in egypto uidi quandam eccleſiam chriſtianorum iuxta quam eſt puteus magnus et profundus per totum annum ſiccus niſi in annuali feſto illius eccleſie tunc tribus diebus creſcit aqua ad ſummum ita quod omnes chriſtiani uel ſarraceni ad feſtum venientes aquam ſufficienter inueniunt. finito uero feſto aqua ut antea euaneſcit. Item nylus et eufrates eſt aqua maior reno de paradyſo exiens cuius ortus ab omnibus

hominibus ignoratur nifi quantum fcriptis didicimus planum habens decurfum. aqua turbulenta aliquantulum pifcibus fuperhabundans fed non multum ualent. Item nutrit equos indomitos fub aqua latitantes et fepe foras egredientes Item etiam nutrit cocodrillos infinitos quod genus animalis ad modum lacerte curue formatum eft quatuor habens pedes deformes et crura groffa caput eius quafi caput fcrophe et illud animal crefcit in longum et in latum maximos habens dentes. et omnia animalia et etiam paruos fi quos habere poteft interficit Item plurimum genus auium in egypto fuperhabundat Item per totum egyptum neque aurum neque argentum neque aliquod genus metalli colligitur et tamen tota terra fuperhabundat Item egyptus optimos nutrit equos. Item mons fynai a babylonia noua feptem dietas in deferto Item egyptus diuerfis fructibus terre habundat fed parum vini propter

legis ſue religionem. Sed natura terre multum uini produceret ſi coleretur.

De ciuitate alexandria

Alexandria eſt ciuitas egregia edificiis pomeriis et immenſa multitudine perornata. a ſarracenis iudeis et a chriſtianis inhabitata ſub domino regis babylo(31:)nie conſtituta. huius ciuitatis prima conſtitutio ſicut in eius apparet ueſtigiis maxima fuit. extendebatur enim in longum per quatuor miliaria in latum enimuero per unum miliare. hanc ſcilicet ciuitatem ex eufrate deductum in uno latere tangebat et in alio latere magnum mare firmabat. Nunc eadem ciuitas a mare contracta extat per magnum campum a brachio predicti nyli. Sciendum etiam quod eufrates et nylus vna eademque aqua eſt. Item in alexandria omne genus hominum legem ſuam libere colit. Hec ciuitas ſana eſt valde. Plurimos etiam ſenes in ea reperi. Ciuitas

hec uili muro et absque fossatis munita est. Sciendum etiam quod predictus portus alexandrie soluit annuatim de pedagio duo milia aureorum qui faciunt plus quam septem milia marcarum puri argenti. Hanc ciuitatem diuersum genus hominum frequentat cum suis mercimoniis. aquam dulcem hec ciuitas non habet nisi quam per aqueductum predicti nyli uno tempore anni in cysterniis suis colligit. In eadem ciuitate plures ecclesie sunt christianorum inter quas est ecclesia beati marci ewangeliste extra muros noue urbis supra mare sita. In qua etiam uidi. XVII. monumenta ossibus et sanguine sanctorum martirum plena sed nomina eorum ignota sunt. Vidi etiam ibi capellam in qua etiam idem ewangelista marcus suum ewangelium conscripsit et ubi martirium accepit. et locum sepulture sue. In illa ecclesia patriarcha eligitur. consecratur. et mortuus ibidem sepelitur. Habet nempe

illa chriſtianitas ſpecialem patriarcham obedientem grecorum ecclefie. erat in eadem ciuitate aliquando palacium pharaonis maximum innumerofis columpnis marmoreis eleuatum cuius adhuc ueſtigia apparent. Item uidi iuxta alexandriam ubi nylus (32:) excreſcere ſolet et totam egyptum irrigare et fecundare quia rara eſt ibi pluuia Incipit autem in medio menſe iunio excreſcere uſque ad feſtum ſancte crucis et exinde decreſcere uſque ad epyphaniam domini. Et nota quam cito aqua in decreſcendo tranſit ubicunque tunc terra apparet ibi ſtatim ruſticus aratrum figit et ſemen ſuum mittit. Deinde in marcio frumentum metunt. Terra illa non parit aliud frumentum nifi triticum uel ordeum pulcherrimum. Omne genus leguminum a feſto ſancti martini uſque ad marcium recens et maturum colligitur. Similiter et fructus ortorum et herbarum. Item oues et animalia illius terre bis pariunt in anno et ſemper ad

minus geminum fetum proferunt. et populus chriſtianus ſiue in ciuitatibus uel uillis habitantibus(tans) regi babylonie ſoluentes(uit) certum tributum. Item uidi de monte ſynai quandam terram ultra egyptum cuius incole uocantur yſſini que tota chriſtiana eſt. et habent ſinguli homines illius prouincie crucem in frontibus ſuis. quia cum pueri ſunt nati cauteriantur in frontibus in ſignum crucis. horum fides eſt quod in breui in tanta multitudine debeant uenire in babylonem ut ſinguli ſingulos lapides tollant ut non remaneat lapis in babylone. et iſti chriſtiani ſemper impugnant egyptios et ſarracenos ubicunque poſſunt. Inter iſtam prouinciam et egyptum eſt ciuitas quedam que uocatur mec. et egregia et maxima muris et turribus munita in qua eſt tumba mammet prophete ſarracenorum ad quam ciuitatem peregre proficiſcuntur de diuerſis partibus et longinquis regionibus peregrini

ſarraceni et tam celebriter ut ad ſepulchrum domini, ſed nec diues nec pauper admittitur niſi (33:) aureum offerat denarium. Ibi plus requiritur aurum quam cor contritum. Tumba iſta mammet non pendet in aere ſicut multi aſferunt. immo ſuper terram eſt et non habetur ibi plus de corpore ſuo niſi dexter pes quia reliquum corpus eius totum a porcis deuoratum eſt. de cuius uita multas audiui truphas. Mammet erat pauper de genere boydewinorum et cuſtos camelorum et fuit epylen(p)ticus adeo aliquantulum per nigromanciam inſtructus. et heremita ſed totus hereticus. Cuius doctrina cum adhuc uiueret talis erat. Predicauit ſarracenis terreſtrem eſſe paradyſum habentem quatuor flumina ſcilicet vino melle lacte. et aqua manancia in qua(e)m poſt hanc uitam ſe credunt tranſituros. et omnes ſarracenos in bello chriſtianorum occiſos in predicto recipi paradyſo. et omne

genus fructuum ibidem credunt nafci. et ibi pro uelle comedere et bibere. et ibi carnaliter ad libitum pluribus uti uirginibus ita quod unufquifque eorum omni die pro uoluptatis explemento noue virgini commifcetur. et precipue fiquis eorum in prelio chriftianorum moritur cotidie in paradyfo decem uirginibus abutitur. Item predicauit eis et docuit quod cuilibet farraceno licebit ducere feptem uxores legitimas et ipfis in omnibus fuis neceffariis prouidere. Infuper de ancillis quod fi mille effent libere poterit procreare cum eis. et non habet minimum peccatum Item quemcunque filiorum fuorum fiue de ancilla ficut de legitima heredem fuum conftituere poterit fine peccato. De ancillis uero flauis et paganorum fi aliqua filium procreauerit libera erit a dominio domini fui hiis (Hæc) et alia multa fimilia ftulticiis predicauit. Sed quod de mulieribus iftis contingat que nunc apud eos

ſunt uel quo deueniant uirgi(34:)nes que modo per ipſos corrumpuntur mihi reſpondere ignorabant Audiui etiam quod aliqui ſunt ſarraceni quamuis pauci qui niſi vnam tantum habent uxorem. audiui etiam quod ſarraceni circumciduntur et circumciſiones ſuas in maxima ſollempnitate et letitia peragunt et diem natalicium ſuum ſolent ſollempniter principes et magnati celebrare. et uidi quod inceſſerunt armati in multa pompa et equis phaleratis ornati purpura et ſyndaco tamquam perſone in noſtra terra quibus utimur in ludis ſollempnibus. kalendarium ſimiliter obſeruant. auguria captant et auſpicia. Credulitas eorum eſt ſanctam mariam de flatu angeli concepiſſe et nichilominus virginem permanſiſſe Ipſum autem chriſtum dominum noſtrum credunt prophetam maximum poſt ſuum Mammet eſſe. Credunt eum ſuper mare ambulaſſe mortuos ſuſcitaſſe et alia multa miracula feciſſe. et tandem

mirabiliter in celum corporaliter per aliquem raptum fuiſſe. audiui veraciter quod in magna parte noſtra habent ewangelia. prophecias. et aliquos libros moyſi. Item quoſdam martires et confeſſores et uirgines habent in magna veneratione

Nota.

Quum igitur ſicut predictum eſt *in* ſummitate montis ſynai per triduum manſiſſem et adiacentes diuerſas prouincias reſpicerem quarum occaſione in digreſſionem raptus ſum. et cum de multis et vniverſis interrogans a litteratis et a ductoribus meis edoctus eſſem cum ductore meo de monte deſcendi et redii ad eccleſiam beate marie et beate uirginis katerine. Cum autem quatuor dies feciſſem apud eos epiſcopus uero de uoluntate diſceſſus mei intelligeret cum multa deuotione (35:) me preeunte acceſſit ad ſarcophagum beate katerine *et dedit* mihi de oleo eiuſdem virginis.

Inſuper xeniis ſuis me honorauit et dato viatico tam piſcium quam panis et dicto uale omni benedictione me dimiſit in pace. Arrepto itaque itinere et uita comite mediante domino acon incolumis perueni et ſum regreſſus. Notandum etiam quod ciuitas ſancta iheruſalem ſecundum quod ueraciter intellexi in vmbilico mundi poſita eſt cui ab oriente iacet arabia. ethyopia. perſya. Item ab occidente mediterraneum mare. Phyliſtea. Egyptus. Mimidia. Mons ſynai. Galylea. Syria. Ydumea. Meſopotamia Chaldea. Armenia et Damaſcus. Sciendum eſt etiam quod in tranſmarinis partibus chriſtianorum lex in diuerſas ſectas ſciſſa eſt. quidam enim ſunt latini. quidam greci. Quidam ſuriani latinis contraria(i) qui omnes habent unam legem in ſacramentis et concordant ſpiritualiter. aliqui quidem iacobite a quodam iacob ſectam ſuam trahentes. qui chaldaicam habent literam ſolo digito

ſe benedicunt. hii ſolam credunt vnitatem dei. Sacerdos et dyaconus ſimul in altari conficiunt. Iſti deſcenderunt de egypto et dicunt ſe eſſe de genere pharaonis. Alii quidem ſunt Georgiani ſanctum georgium venerantes ſtrenui in armis et ſarracenis multum infeſti et contrarii. Barbam et comam multum nutriunt. Omnes habent coronas tam clerici quam layci. Layci quadratas. Clerici rotundas (]propriam habent *litteram*(]) ferentes in capitibus vnius vlne longos. Alii quidem armenii qui tempore natiuitatis chriſti ſuum celebrant ieiunium. et in epy(36:)phania domini ſeruant natiuitatem. Inter iſtos et grecos quia contigui ſunt de lege eorum ſemper eſt diſputatio et odiunt ſe mirabiliter in () inuicem. Alii quidem neſtoriani in fede heretica deprauati chaldeam habentes litteram. Preterea (qui) non ſunt chriſtiani in varias ſectas diuiſi Primum Iudei. alii ſaducei. alii. ſama-

ritani. lintheo caput circinatum habentes quinque libros moyſi tantum ſeruant. Hii reſurrectionem chriſti non credunt. Hec ſecta cum cultoribus ſuis iam deficit. Alii eſſei. iſtos populos aſſeſſinos uocant iſti de iudeis proceſſerunt ſed legem iudeorum non ſeruant Carnem comedunt porcinam. et cum matre et ſorore indifferenter peccant. dominum ſuum pro ſuo deo colunt et ei uſque ad mortem obediunt et habent litteram chaldaicam et hebream. alii ſunt boydewini deformes et miſerrime induti ſed militariter ſciunt equitare. optimi predones. et uocantur ſilueſtres. Alii quidam thurci. de terra barbarica uocantur quod eſt genus hominum quod ſemper ſub diuo manent(et) ubicunque terrarum habitat ſine domibus degit. nunquam domos edificant ſed ſi pluuia eſt in tentoriis cubant plurima habent pecora. Iſti de terra ad terram cum pecoribus ſuis alendis pergunt. Terram modicum colunt

ſed de ſolo pecuali uiuunt. viri et mulieres fere nudi incedunt niſi quod uili panno ſola pudibunda cooperiunt chriſtianos ſarracenis. et ſarracenos chriſtianis vendunt Pyleos rubeos in capitibus ad longitudinem cubiti ferunt et peplum circa pyleum circinatum. Gens miſerrima eſt inermis et nuda. deformis et nigra et debilis et omni bono priuata. et plane dicunt quod pro(37:) tam breui ſpacio uite ſue domos edificare uel *in* eis habitare diuine remunerationis intuitu omittant. talem uitam hii ducunt qualem rocrarii in gallia ſolent exercere.

N o t a.

Magiſter Thetmarus ſpecificat hic de arboribus que ſunt in iheruſalem que omnes ibi uocantur arbores paradyſi. quedam arbores portantes folia vnius vlne longa et medii cubiti lata habentes poma longa ad menſuram longi digiti. *et in* vno ramo octoginta uel plures

oherencia melleum habentes ſaporem. et ualent ſumpta precordiis. Sunt ibi et arbores limones quarum fructus acer eſt et optime ualet ad ſalſam. Sunt etiam ibi arbores ferentes poma que uocantur poma adam et ſunt ualde pulchra in quibus adhuc morſus ade et eue euidentiſſime uidetur ſed a paucis ſumuntur quia modicum ualent Eſt ibi etiam ficus pharaonis que non fert fructum inter folia ſed in ipſo trunco pluries coherencia Sunt etiam ibi palme que ferunt dactila et eſt nobilis fructus Sunt ibi etiam cedri que fructum ferunt groſſum ueluti caput hominis habentem tres ſapores calidum frigidum et mellitum et uocatur cedrus paradyſi. Sunt ibi etiam cedri que uocantur cedri lybani que ſunt longiſſime ſupra modum nullum ferentes fructum ſed eſt multum nobile genus arborum Item quidem uerum eſt antequam terra ſancta ſcilicet iheruſalem eſſet perdita in eccleſia ſancti

ſepulchri dominici erant canonici regulares ſecundum regulam auguſtini viuentes qui priorem habuerunt. cum infula et baculo. et annulo. et ſotu(38:)laribus pontificalibus In templo domini erat abbas et canonici regulares In eccleſia montis Thabor erat abbas et canonici nigri ordinis In eccleſia uallis ioſaphat erat abbas et monachi nigri ordinis In eccleſia de latina abbas et monachi nigri ordinis. iſti omnes habuerunt *infulas*. et baculos et annulos et ſotulares pontificales. uel. ſandalia. cum epiſcopis terre huius hii omnes patriarche obedienciam promiſerunt

De patriarcha iheroſolimitano

Item dico quod patriarcha iheroſolimitanus quatuor ſub ſe habet archiepiſcopos. vnum in prouincia paleſtina ceſarienſem qui ſupra modum pinguis erat dum uidi eum. Iſte archiepiſcopus habet ſuffraganeum ſebaſtren(ſten)ſem

epiſcopum ubi ſepultus erat Iohannes baptiſta quando propter herodiadem (Herodem) decollatus eſt. Alium archiepiſcopum in fenicia tyrrencium. Iſte archiepiſcopus tyrrenenſis habet quatuor ſuffraganeos ſub ſe epiſcopos. Acconenſem. Sydonienſem. Beritenſem et illum de ceſarea phylippi. Tercium archiepiſcopum in galylea nazarenum Iſte uero habet unum ſuffraganeum. Tyberienſem epiſcopum. Quartum archiepiſcopum in regione moabytarum Patracenſem Iſte patracenſis archiepiſcopus habet tres ſuffraganeos. Bethlehemitanum. Lyddeum. et illum qui eſt de ebron. Hii omnes epiſcopi domino patriarche obſequium in diuino officio et ſeruicium preſtiterunt